Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0001-9

V. 1a F.

(cat. 4, 10–33b)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0002-5

A

Delatum eſt
res cum et
contemtum legu
bus incipiamus, c
ris Principum no
audeat, a quibus
tutarum, quaru
lierculis rideant v
nandum ludant:
manitatem et dec
rum ſuorum? C
publico velit; q
ciemus. Sed ſp
immo legibus co
valete. P. P. D

R E C T O R
ACADEMIAE LIPSIENSIS
C I V I B V S.

Delatum eſt ad nos, eſſe inter Vos qui canes alant, et ſubinde educant ſecum in publicum. Ea res cum et per ſe indigna ſit iis, qui literarum et humanitatis ſtudioſi dici haberique velint, et ad contemtum legum, periculumque aliorum ſpectet, nullo modo ferenda nobis videtur. Nam vt a legibus incipiamus, quarum vt nobis maxima cura, ita Vobis, Ciues, maxima reuerentia debet eſſe; ſeueris Principum noſtrorum edictis cautum eſt ſaepius, ne quis omnino canes circumducere in publico audeat, a quibus periculum eſſe poſſit obuiis: et eſt ea communis lex omnium ciuitatum bene conſtitutarum, quarum legum negligendarum licentiam concedere nullo modo poſſumus. Et cum in mulierculis rideant viri graues, ſi catellos alant, quibuscum domi, coram aliis, inter prandendum aut coenandum ludant: qua indignatione proſequendi ſunt ii, qui ſtudium literarum, quibus ingenia ad humanitatem et decus omne fingantur, profeſſi, comites circumducant beſtias, veluti ſimulacra ingeniorum ſuorum? Quare his literis ſeuere edicimus, ne quis Veſtrum poſthaec canem ſecum habere in publico velit; qui ſecus fecerit, eum non modo ipſa illa beſtia multabimus, ſed etiam alia poena afficiemus. Sed ſperamus meliora, hortamurque Vos tum amanter, tum ſerio, vt huic edicto noſtro, immo legibus communibus, aequitati, et humanitati obedientes Vos praebeatis. Ita ergo facite, et bene valete. P. P. Domin. XV. p. Trin. A. Chr. MDCCLXX.

38

L. S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0004-6

60

38

1770

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0005-1

38

1770

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0008-8

Yc 6897
2°

ULB Halle 3
002 690 918

5b.

VD17
n. c

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0009-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0010-9

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
CIVIBVS.

Delatum eſt ad nos, eſſe inter Vos qui canes alant, et ſubinde educant ſecum in publicum. Ea res cum et per ſe indigna ſit iis, qui literarum et humanitatis ſtudioſi dici haberique velint, et ad contemtum legum, periculumque aliorum ſpectet, nullo modo ferenda nobis videtur. Nam vt a legibus incipiamus, quarum vt nobis maxima cura, ita Vobis, Ciues, maxima reuerentia debet eſſe; ſeueris Principum noſtrorum edictis cautum eſt ſaepius, ne quis omnino canes circumducere in publico audeat, a quibus periculum eſſe poſſit obuiis: et eſt ea communis lex omnium ciuitatum bene conſtitutarum, quarum legum negligendarum licentiam concedere nullo modo poſſumus. Et cum in mulierculis rideant viri graues, ſi catellos alant, quibuscum domi, coram aliis, inter prandendum aut coenandum ludant: qua indignatione proſequendi ſunt ii, qui ſtudium literarum, quibus ingenia ad humanitatem et decus omne fingantur, profeſſi, comites circumducant beſtias, veluti ſimulacra ingeniorum ſuorum? Quare his literis ſeuere edicimus, ne quis Veſtrum poſthaec canem ſecum habere in publico velit; qui ſecus fecerit, eum non modo ipſa illa beſtia multabimus, ſed etiam alia poena afficiemus. Sed ſperamus meliora, hortamurque Vos tum amanter, tum ſerio, vt huic edicto noſtro, immo legibus communibus, aequitati, et humanitati obedientes Vos praebeatis. Ita ergo facite, et bene valete. P. P. Domin. XV. p. Trin. A. Chr. MDCCLXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833561-p0011-5